

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

## **Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm|| Insectorvm


**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCLXVIII.**



**VD18 90529197**

Illustration: Tab. XVII. Formicae Ameisen Aldrov [...]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11095**



3  
Cantharis.



Scalig.  
erc. 36  
Pausan.  
Lacón.

Nierem.  
H. E. 1  
c. 13.

Aldrov.  
Inf. 4. c.  
p. 116.

Aldrov.  
Inf. 4. c.  
Nem.

Ad *minores* et illae spectant, in novo orbe, quae domos luteas, sphaericas, capitis magnitudine, parant, quas per praelongum accessum, quasi exiguum fistulam, ingrediuntur, ibidemque horrea conficiunt.

Scalig. Exerc. 367.  
Pausan. in Lacon.

A colore sunt *albae*, vel *rubrae*. Illas in regno Nigritarum, Senegae, Pephno parva insula, vel potius Phe-neo Laconicae invenies. Humiles in Senega casae exstruunt; et absque calce ferruminant; clibanos vel ruscula in ordine dices. Aliquando enim centum et centum quinquaginta se subsequuntur. De *albis* etiam ita Nierembergii Circa montem Leaenae, album genus formicarum est, idolis inclusarum. Vocant idola quaedam *Chimas*, quae pyramidis artificiosae formam referunt, in quibus formicae *albae*, quae foras non prodeant, sed internis cellulis distinctae, ut quo vivant cibo incertum sit, reptantes cursitantesque apparent. Has *Chinas* formidant barbari. Quocitres mancipium coemunt, ante pyramidi huic vinum aliaque offerunt, mancipium sistunt, eique quodammodo devotent, orantes ut ipsum, si fugam ineat, serpentes, lacertae, tigridesque dilacerent. Quas servi minas adeo exhorrescunt, ut etsi ab heris acerrime vapulent, inire fugam minime ausint. *Rubrae* in provincia Mangi, quibus cum pipere vescuntur, et Brasilia visuntur. Magnae hae, et dum conteruntur, cedri odorem spirant. De *iis* ita Aldrovandus. Verno tempore, hoc est, mense Septembri magnum sensum foetuum agmen educunt idque eo potissimum die, qui pluviam subsequitur, atque tonitrua, cum vi-

Nieremb. H. E. 13. c. 13.

Aldrov. H. Inf. 4. c. 1. p. 516.

delicet Solis aestus viget maxime. Parentes praecedunt, ducesque sunt liberis, ore aperto huc illucque cursitantes, viasque undique complentes, morsus multo quam aliis temporibus acerbiores inducunt, ad sanguinis effusionem usque. Sequuntur subinde liberi magnitudine praevalentes, volatuque novas sibi habitationes quaerunt, tanto saepe agmine, ut velut densissimam in aere nubem efficiant. Ubi quiescunt terram eo in loco effodiunt, aquaeque sibi habitacula construit. Vita earum brevis est ut ex singularum ventre ingens faetuum numerus erumpit. Cum latibula sua egrediuntur, accurrunt Indi, accurrunt et volucres coeli. Indi autem magno cum desiderio tempus hoc expectant, Formicas istas ceu novos fructus in cibi usum colligentes. Accedunt autem ad cavernarum ingressus, eas aquaeductibus circumsepiunt, adversus mordaces, et graviter morfu vulnerantes parentes formicas sese defendentes. Novas recentesque eas formicas, in multos dies servant, ac igne torrentes devorant. Quam modo suavem, delicatumque cibum praebeant, testantur Iesuitae, qui et ipsi illis vescuntur.

Ab Effectu Venenatae quaedam Ael. H. A. dicuntur. Tales Telephus Creten- 10. c. 42. sis Laertias nuncupat. In Brasilia nidum, hirundinum more in arboribus faciunt. In isthmo del Sur et Nort, tam duras casae erigunt, ut vix securibus rumpi possint. Indi iis sagittas inficiunt. Ictis, necessario, moriendum est.

## ARTICVLVS II.

## De Cimice.

Cimici nomen Latini a *κῆμα* cubo, quod in cubilibus nascatur, imposuisse videntur: nisi forte a *cama*, lecto brevi, et circa terram deducere volueris. Graeci *κέρν* vocant, a *Cōri* herba, quam Latini Cimicariam dicunt. Appellatur et *ἄφης*, et a recentioribus *κόριζα*.

Aldrov. H. Inf. 4. c. 2. Nomen.

Fastidiendum natura animal est, ut Plinius loquitur, et simile fere ricino. Corpore est rhomboide, colore nigro, parum rubente: pedibus tribus, et iuxta collum brevibus: dorso et ventre incisuris notato: Cuti apprimē tenera, ut vel levissimo

Descriptio. Mouset. H. Inf. 2. c. 25.

I i

vissimo